

AD POTENTISSIMUM GALLIAE REGEM  
LUDOVICUM XVI EPISTOLA DEDICATORIA

Defectus Solis varios Lunaeque labores,  
Astrorum et positus, naturam et luminis aurei  
Per Latium Latiis olim celebrare Camenis  
Aggregiens, veterum Parnassia numina vatum  
Uraniem<sup>1</sup> et Phoebum de more in vota vocavi.  
Ingentem Thamesis post inde advectus ad urbem  
Aeratis impressa notis mea carmina primum  
Eduxi totumque ausus vulgare per orbem  
Direxi ad doctum docto cum praeside coetum,  
Omnibus officiis qui me jam foverat atque  
Sponte sua sociis socium adnumerare parabat.

5

10

At modo cum gentes lingua regnante per omnes,  
Francigenum<sup>2</sup> rex magne, tua jam redditia fulgent  
Uberius cultuque novo se ostendere gaudent,  
Ad te confugiunt unum, tua numina poscunt.  
Jure quidem, quando Gallis commixtus et ipse  
Dicor avi, Lodoice, tui jam munere Gallus,  
In gentem adlectus magnam et tibi, maxime regum,  
Devotus vivo, tanto sub principe felix.

15

Tu facilis vitae succos per dona ministras  
Annuas; tu titulum praebes, tua nautica quo res  
Adstrictum tenet ac geminato jure fidelem  
Me jubet esse tibi, res nautica, quae maris altum  
Jam tenet imperium, tanta vi mentis acutae  
Instat et urget opus vigil ad tua jussa minister.<sup>3</sup>  
Aequoreis pater ipse stupet Neptunus ab undis  
Nereidumque chori latitansque sub aequore Nereus  
Gallorum ingentes tot ponto innare carinas  
Fulmineosque globos emittere: fulgurat omne

20

25

## POSVETNA POSLANICA NAJMOĆNIJEM FRANCUSKOM KRALJU LUJU XVI.

- Razna kad pomračenja sunčana i Lunine muke,  
K tomu položaj zvijezda i prirodu svjetlosti zlatne  
*Italija* Uzeh duž Lacijsa slavit Kaménama lacijskim nekoc,  
Parnaska po običaju božanstva pjesnika starih  
Uraniju<sup>1</sup> i Feba u svojim molitvam' zazvah. 5
- Otle se potom dovezav do Temzina grada golèma,  
Prvi put svoje pjesme objavih znakovljem mjednim  
Tiskane te se odvažih priopćit ih cijelomu svijetu  
Učenom s učenim ih predsjedateljem uputih  
*Engleska* Skupu koj' već me svima počastio službama te se  
Spremo po svojoj me volji pribrojiti članòvima svojim. 10
- Sad pak kad su na jezik koj' kraljuje pucima svima,  
Veliki kralju Francuza,<sup>2</sup> na tvoj već prevedene, sjaju  
Punije te se pokazat u novom raduju rahu;  
Tebi se utječu samo i tvoju privolu mole. 15
- Zaista s pravom, kad već med Francuzima živeći i sām  
*Francuska* Zovem se sada Francuzom, dobrotom Luja, tvog djeda,  
Prirojen velikom puku i zá te, najveći kralju,  
Živim posvetiv se tebi, pod tolikim sretan vladarom. 20
- Ti mi dobrostivo sredstva za život podaruješ – dare  
Godišnje. Daješ mi zvanje po kojem mornarica tvoja  
Mene uza se veže, i tako s dvostrukim pravom  
Traži da budem ti vjeran, mornarica koja već drži  
Visoku vlast na moru, a dužnosnik<sup>3</sup> uman, pronicljiv  
Zdušno obavlja poso i pazi na naredbe tvoje. 25
- Ì sām se snebiva otac u morskim valima Neptun,  
Zborovi s njim Nereida i Nerej pod morem se krijuć  
Koliko golemin lađa po moru francuskih plovi  
I gromovite kugle izbacuje: cijelo nebo

Igne novo coelum et repetita tonitrua reddit. Ipsi etiam nimbi tua jura sequuntur <sup>4</sup> et hostem Dispergit late navesque per aequora versat Ventorum furor ac scopulis allidit acutis.	30
Qua sese Arctoas <sup>5</sup> America extendit ad oras, In bellum pulchra pro libertate ruebant Oppressi nuper populi; tu in vota vocatus Accurris; jussa immenso volat aequore classis	35
Foeta armis et foeta viris; Philadelphia gaudet Libera; praecipi turmae fugere volatu Hostiles; liber jam Delavarius amnis Panditur atque suos dominam deducit ad urbem	40
Imperiique novi surgit tutissima moles.	
Nec vero ingentes populos tua provida tantum Cura foveat: tenues non dedignaris arenas. Arcta quidem Adriaco mea littore patria tellus, <sup>6</sup> Ast opibus pollens et nobilitate vetusta,	45
Acribus ingeniis et libertate perenni Tollitur ac vasto exercet commercia ponto. Ad te confugimus: facili nos excipis ore Cumque adeo exiguis tantus nova foedera jungis,	50
Foedera, quae tibi me magis usque addicere pergunt.	
Non tamen haec veterum mea te monumenta laborum Sola petunt ornata novo nunc denique cultu. Sunt alia atque alia <sup>7</sup> aut longos vulgata per annos, Jam tua, namque tuis jam Gallica reddita terris	55
Sive recens enata, tuis et debita jussis, Quae peperit nuper geminati cura laboris Excitusque novis stimulis novus extudit ardor. Haud etenim deses cesso noctesque diesque	
Traduco indulgens operi meditorque levemque Per calatum memori trado servanda papyro. Quid namque officiat? Duris <sup>8</sup> procul intonat armis	60
Horrisonus Mavors; spumanti sanguine fervent Et maria et campi disruptaque tela volant Et fractis galeas cristis rescissaque membra	
Infecti sanie fluvii atque incendia late	65

Sijeva od začudna ognja, a gromovi sveudilj tutnje.  
Zakone slušaju tvoje i oblaci<sup>4</sup>: vjetrovi bijesni  
Neprijatelja širom raspršuju, lađe po moru  
Njegove prevrću te ih o oštре razbijaju hridi.

30

*Amerika* S koje se strane, međutim, Amerika pruža u kraje  
Arktičke,<sup>5</sup> onđe u rat za slobodu srljahu lijepu  
Nedavno tlačeni puci. A ti im zazvan i žuđen  
Trčiš u pomoć. I hiti na zapovijed beskrajnim morem  
Brodovlje oružja puno i ljudi. I slobodna kliče  
Sad Philadelphia. Čete u bezglavu bježahu trku  
Dušmanske. Slobodna već se delavarška otvara rijeka  
Širom i građane svoje do glavnoga sprovodi grada;  
Zdanje se novoga carstva u punoj sigurnosti diže.

35

Tvoja pronicljiva briga, međutim, ne pomaže samo  
Velikim narodima: ti sitan ne prezireš pjesak.

*Dubrovnik* Moja je očinska zemљa<sup>6</sup> na jadranskom žalu, doduše,  
Tjesna, al sredstvima moćna i starim dići se plemstvom,  
Prodornim umovima, odiskona trajnom slobodom  
I trgovinom se po moru bavi golēmu.  
Tebi se utječemo, a ti nas dobrostivo primaš.  
S tako malima nove, ti veliki, saveze sklapaš,  
Saveze s kojih sam stalno sve više privržen tebi.

45

50

*Boškovićev rad  
u Francuskoj* Ali te ne mole samo ti moji radovi stari  
Koje je napokon sada ukrasila odjeća nova.  
Ì drugih, ì drugih<sup>7</sup> ima – pred mnogo ih ljeta objavih,  
Tvojih već, jer su već tvojim, ko francuska, zemljama dana, 55  
Ili su nastala skoro ko dug naređenjima tvojim  
Što mi ih nedavno skrb za dvostruki rodila poso.  
Nov ih iskovo žar koj' novi potaknuše badlji.  
Dokono naime ne sjedim, ne dangubim. Noći i dane  
Provodim predan radu i razmišljam; laganim perom  
Predajem svoje misli na čuvanje brižnu papiru.  
Što bi me moglo ometat? Daleko oružjem krutim<sup>8</sup>  
Tutnji užasni Mars. Od krvi koja se pjeni  
Klučaju mora i polja, a rijeke bojene krvlju  
Slomljena valjaju kopinja i kacige skrhanih kriješta,  
Udove rastrgane, dok gusti požari širom

60

65

Densa furunt vacuasque evertunt civibus urbes;  
Velivolae pereunt moles, perfossa ruentem  
Excipiunt latera Oceanum fundoque sub imo  
Et nautae et frustra fortis turmaeque ducesque      70  
Volvuntur vitamque alto sub gurgite ponunt  
Infleti et monstris miseri dant praeda marinis.  
Nos placida fruimur regali in sede quiete  
Tranquillaeque tuis gaudent in finibus urbes.

Haec tua vis animi, tua fortis ad arma juventus      75  
Consiliisque acer<sup>9</sup>, rerum cui tradita cura,  
Quae reliquas spectant aulas, quique adstat ad aures  
Jam senior<sup>10</sup>, Lodovice, tuas ducitque volentem  
Atque novi tecum regni moderatur habenas  
Expertus longum quique<sup>11</sup> auri pondera solers      80  
Eruit illaesis populis nervosque potentes  
Suggerit arcendi belli pacisque fovendae.  
Haec reliqui praestant lectissima turma ministri.

Ergo insto assiduis tranquilla per otia curis.  
Nec vero tantus cedet labor irritus: alto      85  
Aequore, quae longum jactata furentibus Austris  
Objectam attigerit puppis male conscientia sedem,  
Promptius inveniet, quibus incita adhaeserit oris,  
Poscere quos deceat ventos, quo vertere proram,  
Spero equidem, nec vana fides, mea scripta docebunt.<sup>12</sup>      90

Sunt brevibus nunc clausa tubis<sup>13</sup>, quae vitra remotas  
Adducunt oculis oras et sidera coeli,  
Illa quidem melius quam quae longissima quandam  
Machina vix tellure super molimine multo  
Haud poterat tumidas tractari onerosa per undas.      95  
Immoror his, quae cura tuis mihi maxima cessit  
Imperiis: varias doceo deprehendere vires  
Vitorum et formas tornandis lentibus aptas  
Per numeros simul arte nova tenuique labore.  
Fas erit<sup>14</sup> hostiles procul his dignoscere classes      100  
Et malo et puppim fluitantia signa per altam.  
Fas erit his servare polum fulgentiaque astra,  
Securas ducunt quae vasta per aequora puppes.

Bijesno plamte i prazne, bez građana, gradove ruše.  
Teške jedrenjače tonu, Ocean kroz bokove lađa  
Nadire probušene, i dolje se nà dnu duboko  
Valjaju i mornari, i vode, i junačke čete  
Zalud. Neoplakani pod dubokim vrtlogom život  
Gube postavši plijen, tijadnici, nemani morskih.  
*mir u*  
*Francuskoj* Mi pak spokojno, mirno u kraljevskom živimo sijelu,  
A u međama tvojim vesele se gradovi mirni.

70

Snaga tvog duha to jamči i tvoja na oružju hrabra  
Mladež, i savjetnik umni<sup>9</sup> kom dan je zadatak da motri  
Poslove dvorova inih, i onaj što stoji do tvojih  
Uši, već stariji,<sup>10</sup> Luju, i tebe bez prisile vodi  
I zbog duga iskustva koj's tobom uzdama ravna  
Kraljevstva novog, i onaj<sup>11</sup> što silno iznalazi zlato  
Vješto, ne šteteć puku i podmeće mišice snažne  
Koje će spriječiti rat, a pogodovati miru.  
Jamče i ostali to pomoćnici, probrano mnoštvo.

75

Stoga u mirno vrijeme u stalnu ustrajem radu.  
Neće pak toliki trud bit zaludan: brod što su dugo  
Bacala bijesna juga po debelom moru, a slabo  
Obalu pred sobom znaše na koju je prispio, sada  
Lakše će znati na koje sved tjeran pristade žale,  
Koje će vjetrove tražit i kamo okrenuti pramac –  
Nadam se, ne varam se, to moji će spisi pokazat.<sup>12</sup>

80

*dalekozor* Stakla postoje sad što u kratke zaprta cijevi<sup>13</sup>  
Primiču očima kraje dalèke i nebeske zvijezde,  
I to bolje no ona veòma dugačka sprava  
Kojom se nekoć jedva uz velik napor na zemlji  
Služiti moglo, al ne zbog težine po nemirnu moru.  
Ustrajno bavim se tim što mi skrb naredila tvoja  
Najveća, učeći druge raznovrsnu jakost stakala  
Otkrit i oblike zgodne iznaći za izradu leća  
Brojevima, a novim umijećem uz neznatan napor.  
Moć će se<sup>14</sup> tad izdaleka raspoznati dušmanske lađe  
I lepršavi stjezi na jarbolu, visokoj krmi.  
Moć će se njima nebo i blistave motriti zvijezde  
Koje sigurno vode po golemoj pùčini lađe.

90

95

100

- Addo etiam<sup>15</sup> Uraniae certas cultoribus artes,  
 Arma nova ac veterum vitia errorumque pericla  
 Et quo quemque modo noscant fugiantque, recludo.105  
 Astrorum evolvo motus<sup>16</sup> quasque ethere in alto  
 Obtineant sedes, quam se sublimia tollant.
- Illa mihi<sup>17</sup> longos olim servata per annos,  
 Dum viguit viresque dabat florentior aetas,110  
 Nunc etiam quandoque trahunt noctemque per altam  
 Educunt coguntque polo vigilare sereno.
- Tempus erat, medio cum Gallia tota Decembri  
 Urgebat votis superos, tua regia conjux  
 Spem regni longum optatam et te denique dignam115  
 Ut prolem partu felici effunderet atque  
 Luderet augusta ridens delphinus in aula.  
 Ipse polum et sparsas scrutabar in aethere flamas,  
 Cum subito nova lux oculis sese obtulit atque  
 Involvit totum radiis fulgentibus axem.120  
 Memnoniis sidus Jovis exurgebat ab undis.  
 Inde jubar: deflexi oculos et lumina vidi  
 Haud ignota mihi. Tenues volat ecce per auras  
 Astriferis vecta rotis curruque micanti  
 Diva meum Uranie numen, quam pronus adoro125  
 Sacra tubo, vitrea peragens et lente sacerdos,  
 Stat coram et dictis me sic affatur amicis:
- “Mente tenes, ut me coelo demisit ab alto  
 In terras olim Phoebus tibi dona ferentem  
 Divinae tubulum formae, quo celsa videres130  
 Tecta Jovis rutilamque aulam sanctumque deorum  
 Concilium, rerum quo grandia pondera librat  
 Juppiter, immensum imperio qui temperat orbem  
 Quidque animo sedeat, quid poscant fata, recludit.  
 Nunc etiam aetherei summo de vertice Olympi135  
 Huc nuper delapsus adest superumque catervae  
 Accurrunt, quotquot positos super ardua vasti  
 Astra colunt coeli tractus sedesque beatas.  
 Inde globo insuetum jubar emicat: hie modo divos  
 Alloquitur cupidos secretaque jura revelat.<sup>18</sup>140

Dajem još<sup>15</sup> Ūranijinim poštovateljima točnost,  
Nove sprave, na mane ukazujem starih, na rizik  
Pogrešaka te kako prepoznat i izbjegći koju.  
Izlažem kretanje zvijezda<sup>16</sup> i koja u eteru višnjem  
Zvijezde zauzimlju mjesta i kako se dižu visoko.

One<sup>17</sup> što sam ih nekoć kroz duga promatrao ljeta,  
Dok sam u naponu snage i dobi cvjetnijoj bio,  
I sad me privlače kadšto i vuku u dubokoj noći  
Iz kuće te me sile za vedra neba da bdijem.

*kralječin* Bijaše vrijeme kad cijela sred prosinca Francuska bješe  
*porod* Žarko molila višnje da kraljevska supruga tvoja  
Dugo željenu nadu i potomka dostojna tebe  
Kraljevstvu najzad doneše u porodu sretnu pa da se  
Prijestolonasljednik smije i igra u velebnom dvoru.  
*zvijezde* Nebo promatrah ja i u eteru rasute ognje,  
Kadno mi nova svjetlost pred očima nenadno sinu  
Cio nebeski svod obavivši zrakama sjajnim.

Jupiterova se zvijezda iz memnonskih dizaše vala.  
Otle ta svjetlost pa oči okrenuh i ugledah svjetlo  
Koje mi neznano nije. I, evo, kroz tanani uzduh  
Leti, a sjajna je kola i zvjezdani voze kotači,  
*Uranija* Božica Ūranija, božanstvo moje, kom nice  
Klanjam se prinoseć žrtve ko svećenik cijevlju i lećom  
Staklenom. Prědā me stade i ljubazno prozbori meni:

“Sjećaš se kako je mene sa visokog spustio neba  
Nekoć na zemlju Feb kad tebi darove nosih –  
Cijev božanske ljepote da njome promatraš visok  
Jupiter dom, i rujnu dvoranu, i skupštinu svetu  
Božju, u kojoj krupna odvaguje Jupiter djela,  
Koji neizmjeran svijet gospodstvom uređuje svojim,  
Što mu je, kaže, na duši i što već traži sudbina.  
I sad se s najvišeg vrha na eterskom Olimpu amo  
Nedavno spustio on i mnoštvo se višnjih bogóva  
Sleglo koliko ih god nad visokim zvjezdama one  
Nastava prostore neba golēma i blažena sijela.  
Stoga iz kugle svjetlost neobična bliješti, jer on sad  
Govori bozima željnim i tajna im otkriva prava:<sup>18</sup>

105

110

115

120

125

130

135

140

“Felici partu sobolem, quod Gallia poscit,  
Effundet regina brevi, sed regia proles  
Non patris, augustae veniet genitricis imago,  
Quae Venerem forma vincat cultique Minervam.”

- Cum primum Austriaca cum virgine jungere regem      145  
Francigenum statuit divum pater atque hominum rex,  
Cura fuit prolis seriemque parare nepotum  
Instituit, quae digna atavis matrique patrique  
Par foret inque omnes famam producere annos.  
Mille igitur Nymphas agiles geniosque volucres      150  
Advocat et, quae sit menti sententia, pandit:  
“Ite, ait, astriferosque orbes percurrите, flamas,  
Pectora queis agitanda olim, queis fervida mentes  
Vis acuat, robur membris accedat et ori  
Gratia, seligite et cura miscete sagaci!”      155  
Tum loca certa docet, magnis quae regibus apta,  
Quae blandi exhibeant aptissima germina sexus.
- Incubuere omnes operi. Sed plura requirit  
Cura prior, minus est operosa secunda: potentis      160  
Namque aviae egregias laudes ex parte reposcit,  
Non omnes, ventura prior sub luminis auras  
Regalis soboles. Non illi gratia blando  
Ore sedet tantum, Venerem qua vincit et artes  
Non tantum placidae colit officiosa Minervae;  
Finibus imperitat vastis, bella, horrida bella      165  
Sustinet, ingentes informat legibus urbes.  
Regali haec itidem cinget diademate frontem  
Regina augustos olim sortita hymeneos,  
Non tamen ipsa graves regni ut moderetur habenas.  
At gnatus vastas longe lateque per oras      170  
Quot populos reget imperio, quae bella parabit  
Assimilis patri<sup>19</sup>, non is pretendere fines  
Ut velit immensos vana ambitione tumescens;  
Finibus hostiles sed ut arceat usque catervas  
Tuteturque suos. Quos tanta exempla requirunt      175  
Aetherios ignes, quae magnae robora mentis  
Virtutesque animi! Nulli vigilantia major

*kraljeva  
kći*

“Uskoro kraljica će potómka, što Francuska moli,  
Rodit u porodu sretnu. No kraljevsko neće bit dijete  
Slika svojega oca, već kraljice majke, ljepotom  
Veneru što će nadići, a obrazovanjem Minervu.”

145

Čim je otac bogóvâ i kralj odlučio ljudi  
Francuskog kralja združit, sa austrijskom djevicom vjenčat,  
Vodeći skrb o potómstvu, niz unuka poče pripremat  
Dostojnih djedova svojih, a ravnih majci i ocu,  
Koji će njihovu slavu produljiti u vijeke vijekóvâ.  
Tisuću okretnih nimfa i krilatih genija, dakle,  
Pozva i otkri im miso što njemu leži na umu:  
“Idite, reče, pa kruge obadite zvjezdane! Ognje  
Kojih vatrena sila izoštrava duše i srca  
Što će kucati jednom, a tijelu će snagu i licu  
Dražest dat, odaber'te i brižno ih smiješajte, mudro!”  
Tada im sigurna mjesta pokaza što pogodne klice  
Daju za kraljeve velje i najbolje zà spôl dragòstiv.

155

Svi se latiše posla. No više zahtijeva prva  
Briga, dok ona je druga već manje zamorna. Naime,  
Kraljevsko dijete što prvo u prostore svjetla će doći,  
Necé tražiti sve, tek dio vanrednih hvala

160

*Marija  
Terezija* Njegove moćne bake. A njoj se ne ogleda samo  
Ljupkost na prijaznu licu, od Venere veća, nit samo  
Revnosno ona gaji umijeća blage Minerve;  
Vlada golemom zemljom i podnosi ratove strašne,  
K tomu i zakonima podučava gradove silne.

165

Isto će tako i ovoj ovjenčati kraljici čelo  
Kraljevska kruna kad jednom vjenčanje doživi carsko,  
Ali ne zato da teške svog kraljevstva vodice drži.

*prijestolo-  
nasljednik*

Nego, kolikim će sin po golemin zemljama svojim  
Pucima uzduž i širom upravljat i kakve će spremat  
Ratove sličan svom ocu!<sup>19</sup> No ne da bi htio proširit  
Mede neizmjerne svoje, od prazne nadut taštine,  
Već da od svojih međa neprestano dušmanske čete  
Tjera i štiti svoje. Pa kakve li eterske ognje  
Traže primjeri tol'ki i kako veliku jakost  
Uma i kreposti duha! Jer veća ni ù koga ne bje

170

175

Obtigit et recti cura atque amor insitus aequi.  
Nonne vides<sup>20</sup>, solium postquam concendit avitum,  
Quam placida intentus populos ditione gubernat! 180  
Ut pollent opibus cives! Industrius ardor  
Fervescit magis atque magis; versantur aratro  
Indociles nuper campi; vindemia turget  
Collibus excultis; crescit numerosa juventus  
Praesidiis vitae crescentibus; aedibus urbes  
Laxantur magis usque novis duraeque Minervae 185  
Exercet plebs ima artes, florentibus addit  
Se studiis populi pars cultior; omnia fervent  
Saeclaue decurrunt felicibus aurea Gallis.

Fas fuit ergo operi tanto dare longius aevum. 190  
Cura expleta prior citius jamque imminet hora  
Felicitas partus. Frustra<sup>21</sup> Libitina nigrantem  
Extendit furiosa manum minitata parenti:  
Juppiter audacem Stygias detrudet ad umbras.  
Concilium interea celebrat divosque coëgit 195  
Et pandit, quidnam Gallorum ardentia vota  
Distineat spondetque brevi nova munera genti  
Grandia: ridebit plaudens delphinus in aula  
Atque alii atque alii fato arridente sequentur  
*Et nati natorum et qui nascentur ab illis* 200  
Omnia regalem extendent in saecula stirpem.

Haec ait ac tenues se diva attollit in auras  
Me novus ardor agit felicia fata canentem  
Devotumque tibi magis usque, o maxime regum,  
Incitat atque novis spes certa impulsibus urget,  
Ad te confugiam et primum te in vota vocatum  
Aggregiar numenque tuum per carmina poscam.<sup>22</sup> 205

Budnost ni skrb za pravo ni prirođen žar za pravicu.

*Luj XVI.* Zar ti ne vidiš,<sup>20</sup> kad se na djedovski uspeo prijestol,

Kako predano on i blago upravlja pukom!

180

Kako su građani moćni i bogati! Radinost žarka

Vrije sve više i više. I plugom se prevrću polja

Prije nenavikla na nj. Na humcima grožđe za berbu

Obrađenima bubri. A s rastom sredstava za život

Raste i brojna mlađež. I stalno se kućama novim

185

Gradovi šire sve više. A najniži puk se umijećem

*obrti* Bavi krute Minerve, dok obrazovaniji dio

Naroda sjajnijim se posvećuje poslima: vrijе

Sve i zlatna vremena Francuzima sretnima teku.

Dulje stog trebaše vrijeme za tolik podariti poso.

190

Brže je ispunjen prvi zadatak, i čas već predstoji

Kraljici poroda sretna. Zaludu<sup>21</sup> bijes Libitinin

Crnu podiže ruku i prijeti njegovo majci.

Drznicu Jupiter će odgurnut k sjenama stiškim.

195

Dotle održava skup u koji bogove sabra

Pa im otkriva što to još odgađa francuske žarke

Želje, i puku doskora obećava darove nove,

Velike: kraljević će u dvoru se smijat i pljeskat

Te će jedan za drugim uz osmijeh sudbine uslijedit

*Verg. En.* *Sinovi jošte sinóva i koji će rodit se od njih*

200

*3, 98* Te će u vijeke vjekóva protezat kraljevsku lozu.

Reče, i božica se u uzduh tanani vinu.

Mene pak novi žar, dok pjevam o sretnoj sudbini

Vodi i odana ti sve više, o najveći kralju,

Tjera, a sigurna nada uz nove pobude sili

205

Da se utječem tebi i pristupim k tebi kog prvog

Usrdno zazvah i tvoju suglasnost za pjesme da molim.<sup>22</sup>